

69
9
PRO SANCTISSIMO
LIBRO CHRISTIANÆ
CONCORDIÆ

DISPUTATIO NONA, DE

SACRA COENA DOMINI,

QUATVOR CAPITVM.

1. Constitutio Controversiæ.
2. Demonstratio τῆς ἑκείνης ex verbis institutionis.
3. Demonstratio τῆς ἑκείνης ex harmonia Euangelist. & Apost. Pauli.
4. Demonstratio τῆς ἑκείνης ex orthodoxa antiquitate.

De qua sub præsidio

SALOMONIS GESNERI, S. THEO.

LOG. DOCTORIS ET PROFESSORIS, IN

Academia VVitebergensi 22. Decemb. Anno

1593. ἢ ἐξῆς respondebit

M. GEORGIUS LIEBENSTEINIUS

Heilbronnensis.



VVITEBERGÆ,

Typis M. Georgij Mullerij.

M. D. XCIII.

PRO SANCTISSIMO



AMPLISSIMO VIRO,
PIETATE, SAPIENTIA, CONSI-
LIORVM DEXTERITATE, MULTIPlici
serum usu, omniq̄ue virtutum splendore præclarissimo Domi-
no GVILHELMO FEIRER, ab Illustris. Principis ac Domini,
Domini ERNESTI FRIDERICI, Marchionis Baden-
sis, &c. consiliis intimis, Domino ac Meccœ-
nati suo hæc de S. S. Eucharistia
Theses submissè offert ac
nuncupat Respon-
dens,



CAPVT PRIMVM: STATVS CONTRO- VERSI AE.

THESIS PRIMA, τὸ εἰ δέ.



*V*M à principio harum disputationum constitutum fuerit, eas solummodo discutere controuersias, quæ inter Augustanæ Confessionis Professores disputatæ sunt, non illas, quæ vel cum Papistis, vel cum Sacramentariis hucusque agitatae fuerunt: alienum ab instituto videri poterat de sacra Domini Cæna differere: Cum constet Sacramentarios Anno tricesimo statim in hoc articulo exhibita peculiari confessione à nostris Ecclesiis secessisse.

I. An de sacra Cæna disputaandum.

II. ἐπιλογία τῶ ὅτι δέ.

Verum duæ sunt causæ, quæ nos mouent, vt de sacra Cæna nunc differamus. Primum enim fratres quidam λεγόμενοι ἔ νόδοι, clandestinum in Sacramentariorum castra aut toto corpore ἔ animo dilapsi sunt, aut altero pede transitum pararunt, ἔ suam nihilominus vel defectionem vel ad transfugiendum inclinationem ita tegere conati sunt, vt non ipsi nostrarum Ecclesiarum confessionem deseruisse, sed nostra confessio mentem etiam induisse videretur. Ideoq; perfriicta frontis ἔ vulpina astutiæ homines Augustanam Confessionem, non ex genuina ἔ nativa sententia, sed ex Zuinglianorum decretis interpretari cæperunt.

Causæ duæ.
I. Causa ἐπισομᾶ-
τισις τῶν τευ-
δαδελ-
φῶν.

III.

Horum igitur fraudibus ἔ insidiis merito occurrendum, ἔ vera nostræ confessionis sententia à corruptelis ἔ falsationibus vindicanda est.

IV.

Præterea infirmorum ἔ posteritatis habenda est ratio, ne vel nostra taciturnitate auditores nostri decipiantur, ἔ in errorem inducantur, vel Ecclesia olim de nostra sententia dubitare incipiat.

II. Causa οἰκοδομῆς ἢ σήριξις τῶν ἀδελφῶν.

V. ἢ κατὰσσις τῶ ζήτῆματ.

Notum verò publicè toti Christiano orbi est, qua de re iam annos amplius sexaginta inter nostrates ἔ Sacramentarios disputatum sit. illi enim ἐπῶσιον absentiam veri ἔ essentialis corporis Christi à sacra Cæna in his terris in Ecclesia militante defendunt, παρῶσιον presentiam

II. Quid dīso serēdun.



inficiantur: Nos contra παρσία statuimus, & ἀπρσία negamus. Hæc duo sunt ἀντιφρικῶς ἀντικείμενα ita segregata & pugnancia, ut conciliari nullo modo possint.

VI.

Ac principio quidem Carlostadius, Zuinglius, & eius Sectæ auctores, alij palàm pro ἀπρσία & absentia corporis Christi pugnarunt & sacratissimam Domini nostri cenam vsq; adeo extenuarunt, ut pro externa solummodo tessera, qua Christiani à Iudæis & Turcis discernuntur, habuerint: panem & vinum sacrum nuda absentis corporis & sanguinis symbola esse asseruerint.

VII.

III.
Sacramē-
tariorum
in declinā-
do statu
κρησφύ-
γεται.

Primum
latibulum
in voce
præsen-
tiæ.

Cum verò intelligerent, nouum hæc in Ecclesia παράδοξον omnī colore destitutum subsistere non posse, non iam simpliciter ἀπρσία corporis & sanguinis Domini propugnarunt, sed præsentiam fateri ceperunt.

VIII.

At qualem quæso præsentiam? Corpus Christi, inquiunt, præsens est in sacra Cæna per communicationem idiomatum.

IX.

Liberales admodum sunt in largiendo & multum concessisse multis videntur. Verùm si mentem & verba excutiamus, non modò inanem deprehendemus, sed & fraudulentam eiusmodi præsentia assertionem.

X.

Idiomatū
κοινωνία
ἀκοινω-
νία &

Communicationem enim idiomatum κατ' ἀντίφρασιν intelligunt, quæ verbo sit κοινωνία re ipsa ἀκοινωνία; ac si bellum diceres bellum, cum minime sit bellum, ac si ligneum diceres ferrum, & ferreum lignum, laneum lapidem, & lapideam lanam.

XI.

Præsentia
absens.

Quapropter fraudem duplicant, vel etiam triplicant. Siquidem obscuris & flexilobis verbis auditori imponunt: & ἀπρσία tuentur re ipsa, quam verbis videntur abnuere: & deniq; in articulum de persona Christi ἀκοινωνητόν inuehunt κοινωνία, hoc est, eiusmodi communicationem idiomatum, qua naturæ in Christo nihil, præter nomina, commune habeant.

XII.

Alter fucus
in verbo
corporis.

Cum hæc quoq; fraus detecta esset, egregij illi hæreseos Berengarianæ pictores & fectores, mox alium fucum suæ sententiæ illinere non dubita-

dubitarunt. Iam enim nihil amplius de absentia corporis Christi fateri voluerunt, sed pleno ore affirmarunt, coacti verborum Domini euidencia, in sacra Cæna verum corpus Domini adesse.

XIII.

At quale corpus & qualem statuunt presentiam? Scripta ipsorum loquuntur. Per corpus enim & sanguinem Christi merita & beneficia, corporis dilaceratione & sanguinis profusione à Filio Dei & consecrata intelligunt: presentiam verò de emanante à Domini Spiritu operatione & efficacia interpretantur.

σώμα
ἄσώμα-
τορ.

XIV.

Id quod etiam Solis & astrorum similitudine perquam concinna declararunt. Nam perinde ut Sol orbi suo affixus nihilominus in omnes terræ partes suos diffundit radios, & quemadmodum astra per influentiam multorum in elementari regione & in terra causa sunt. Ita corpus Christi virtute diuini Spiritus, cui unitum est, ad nos usque sese extendente, & nostros animos in cælum usque erigente, nobis adesse scriptitant.

XV.

Atque hanc sensu presentiam absentis corporis spiritualem nuncuparunt, quod fiat interueniente Christi Spiritu, qui cum ubique sit presentis corpora nostra, (in quibus Spiritus ille hic in terris habitat) cum corpore Christi, quod in cælis est, coniungit.

Spiritua-
lis præ-
sentia.

XVI.

Si verò accuratius id consideres, nullam aliam defendunt corporis Christi presentiam, quam explicuerunt, quando ideam Romanæ urbis in memoriam sibi reuocat, ita isti corpus Christi nobis adesse fingunt, quando nos mentis nostræ imaginatione illud concipimus.

Præsentia
ἡγετιμὴ
κατὰ τὴν
ἰδέαν.

XVII.

Interim tamen splendidis suis & magnificis figmentis multos magnos viros circumuenerunt, siquidem iactitarunt, se planè nihil aliud sentire, quàm quòd Dominus Iesus Christus verè substantialiter & viuus in sacra sua Cæna presentis sit.

XVIII.

Quod ipsum tantum de diuina Christi natura intelligunt, & ita interpretantur, quòd caro Domini tantum in cælis & non alibi presentis sit, eaque fide in cælum sese erigente apprehendatur, & aliter ore cordis manducetur, ore corporis minime.

Spiritu-
aliter



XIX.

Quapropter verba quoque Institutionis vafre ad suam libidinem trahunt, & contra Saluatoris mentem exponunt. Nam Edere & Bibere illis est credere. : Corpus Christi significat symbolum absentis & supra in caelo desidentis corporis Christi : Verbum E S T, eam vim habet, quam significat, per Metonymiam, sicut fascies sunt Imperium.

XX.

Falsa interpretatio August. Confessionis.

Haecenus aduersariorum figmenta recensuimus, eum in finem, vt statum controuersiae planiorem redderemus. Cum enim non tam propter illos, qui ab anno trigesimo hucusq; nostrae confessioni sese opposuerunt, quam propter clancularios quosdam falsos fratres, qui Augustanam Confessionem deprauare & falso interpretari non sunt veriti, haec suscepta sit disquisitio, imprimis vtile est nosse, quibus coloribus Sacramentariam opinionem pingere, & venum exponere consueuerint.

XXI.

Eo enim res tandem deuenit, vt isti desertores dicerent quidem, Christum in sacra Coena vere praesentem esse, sed intelligerent alterius solummodo naturae nimirum diuinam praesentiam, alterius videlicet humanae remotissimam distantiam. Et nihilominus persuadere hominibus conarentur, eandem esse Augustanae Confessionis sententiam.

XXII.

Antithese verae sententiae August. Confessionis.

Nos vero contra asserimus in sacra Domini Coena, non modo lo-
yop, & diuinam Christi naturam, sed totam personam, & consequenter verum & essentiale corpus Christi, verum & essentialem sanguinem Christi hic in terris adesse, & vna cum pane & vino dignis iuxta & indignis exhiberi.

XXIII.

Eamq; esse Augustanae nostrae Confessionis constantem & perpetuam sententiam asserimus.

XXIV.

Quod quidem non obscuris indiciis, aut furtiuis aliquorum literis, vt aduersarij consueuerunt, sed argumentis longe euentissimis comprobauimus.

XXV.

Vera sententia August.

Primum enim ita concludimus : Ipsa Augustana Confessio articulo decimo expressis verbis damnat & reuicit contrariam sententiam: sic enim

sic enim habet: De Cœna Domini docent, quod corpus & sanguis Domini verè adsint, & distribuuntur vescentibus in Cœna Domini: & improbant, secus docentes. Secus autem docebant, & adhuc docent, qui Christi corpus verè & substantialiter hîc in terris in sacra Cœna adesse negant. Ergo Augustana Confessio veram veri & essentialis corporis Christi $\pi\alpha\rho\sigma\iota\alpha\pi$ tuetur, & $\alpha\pi\rho\sigma\iota\alpha\pi$ damnat. Ac proinde Augustana Confessio nostræ sententiæ astipulatur, non illorum, qui eam ad nutum Sacramentariorum detorquere voluerunt.

gustana
Cõfessio
nis tribus
argumenti
tis confir
matur.
I. Argu
mentum.

XXVI.

Deinde hunc quoque syllogismum illorum fraudulentæ depravationi opponimus. Catechismus minor D. D. Lutheri, Apologia Augustanæ Confessionis, Forma Concordiæ inter VVitebergenses, & superioris Germaniæ Theologos, Anno 1536. sancita, Schmalcaldici articuli, Anno 1537. conditi, Maior Catechismus Lutheri, maior & minor confessio eiusdem ad mentem & sententiam Augustanæ Confessionis procul omni dubio loquuntur. Sed hæc omnia & his similia Reverendi Patris Lutheri scripta, conciones & disputationes asserunt veram veri & essentialis corporis in sacra Cœna, vna cum elementis pane & vino præsentiam, improbant absentiam, confirmant verum & essentialis corpus, verum & essentialis sanguinem Christi, ore corporis, & non solummodo fide sumi, & sumi ab indignis æquè ac dignis. Ergo hæc ipsa est, fuit, & deinceps erit Augustanæ Confessionis sententia, scripta publicè extant & testimonia è singulis in libro Concordiæ reperiuntur; brevitatis igitur causa exscribendi labore superse-
demus.

II. Argu
mentum.

XXVII.

Denique hoc etiam Argumentum illis considerandum damus. Reverendus Pater D. D. Lutherus, primarius Augustanæ Confessionis author, interpret, doctor, propagator & propugnator sententiam Augustanæ Confessionis probè intellexit, & fideliter interpretatus est. Sed Lutherus vsque ad vitæ exitum in ea sententia persistit, quam in sua ultima Confessione istis verbis expressit: Ergo omnes eos eodem numero habeo, hoc est, pro Sacramentariis & fanaticis agnosco, (Sunt enim tales) qui credere nolunt, quod panis D O M I N I in sacra Cœna sit verum ipsius naturale corpus, quod

III. Argu
mentum.



quod impius quispiam, vel Iudas ipse, non minus ore accipiat, quam D. Petrus, & omnes alij sancti: Qui, inquam, hoc credere recusat, me missum faciat: neq; ullam amicitiam aut familiaritatem à me expectet, sic enim stat sententia, quam non sum mutaturus. Hæc Lutherus. Ergo ea est Augustanæ Confessionis sententia, non illa, quam falsi quidam fratres nobis obtrudere conantur.

XXVIII.

Vnum præcipue argumentum habent, quo nobis obstrepunt Aduersarij, sic enim arguunt. Eorum, qui primum conscripserunt Augustanam Confessionem, mens & sententia fuit, retinere & defendere in sacra cæna τὸ ἕκτορ diuinæ sanctionis. Sed Lutherus, & qui eum sequuntur, non retinet τὸ ἕκτορ, quandoquidem aiunt, in, cum & sub pane adesse corpus Christi, &c. Ergo sententiam Augustanæ Confessionis deseruerunt.

Vera sententia particulari, in, cum, sub pane.

XXIX.

Fallacia hæc est à non causa ut causa, & Elenchi ignoratio. Non enim idcirco istis phrasibus utimur, quòd Augustanæ Confessionis sententiam mutare, & τὸ ἕκτορ verborum cænae deserere velimus, sed ut tueamur & explicemus. Itaq; talem syllogismum illorum τὸ ἕκτορ ὁμοίως ἄνωγμαι ὀψω ὀππο. Sententia Augustanæ Confessionis & τὸ ἕκτορ est: in sacra Domini cæna hic in terra duas res simul esse, caelestem & terrenam, hunc nimirum panem & vinum, illum autem verum & naturale corpus Domini, verumq; & naturalem sanguinem Domini. Sic enim Apologia sententiam Confessionis & τὸ ἕκτορ exponit. Sed phrasæ, in, cum & sub pane hoc ipsum sibi volunt, & ut hoc ipsum perspicue significant, ideò adhibitæ sunt. Ergo hæ phrasæ non mutant sed stabiliunt & explicant sententiam Augustanæ Confessionis.

XXX.

Quatuor causæ, cur utamur phrasibus, in, cum, sub pane. Cause verò propter quas istis phrasibus, in, cum, sub pane & vino, utimur, præcipue sunt quatuor. Primum illam calumniam à nobis auertere conamur, qua multi Transsubstantiationem papisticam falsè nobis affingunt. Nam cum duas res, corpus Christi, & verum panem, sanguinem Christi, & verum vinum in sacra Cæna esse statuamus, & unam in, cum, & sub altera; iam quilibet intelligit nos nullam istarum duarum rerum μεταστώσιν & μεταβολήν seu ἀλλοίωσιν introducere, sed utramq; in sua essentia integram retinere.

Quatuor causæ, cur utamur phrasibus, in, cum, sub pane.

Neque

XXXI.

Neque id nobis imputari potest, quod tamen multi parum verecundè faciunt, quasi transubstantiationem quidem negemus, localem autem corporis Christi in panem inclusionem fingamus. Nam hæc dubitatio & iam ante id tempus à nostris discussa, & maxime in forma Concordiæ Anno 36. condita, refutata est: Sic enim illa loquitur: Et quamquam negant fieri transubstantiationem, nec sentiant fieri localem inclusionem in pane, aut durabilem aliquam coniunctionem: tamen concedunt sacramentali vnione panem esse corpus Christi: hoc est, porrecto pane sentiunt simul adesse, & verè exhiberi corpus Christi.

XXXII.

Secunda causa istarum phrasium est, vicina priori, nisi quod illa *ἀνασκειν αὐτῶν* hæc *κατασκειν αὐτῶν* vsurpatur: quod sacramentalē vnionem substantiæ panis non mutatae & corporis Christi hac ratione docere volumus. Sacramentalis autem vnio nunquam à nostris ita interpretata fuit, vt aduersarij sentiunt, quod visibilia elementa *κετικῶν* & *τυπικῶν* sint id, quod designant: sed ita eam describunt, quod in sacra Cæna duæ diuersæ substantiæ panis, videlicet, naturalis, & verum naturale corpus Christi in instituta sacramenti administratione, hinc in terris simul sint præsentia.

XXXIII.

Tertia causa est, quia clandestini Calviniani non minus quam manifesti propositionem sacrae Cænae, hoc est corpus meum, prædicationibus figuratis annumerant. Quapropter, vt ostenderent nostri maiores, se nullum *τύπον* & figuram in ea sententia agnoscere, sed potius ad inusitatas *ἀποφάνσεις* & *κατηγορίας* reducere, ideo placuit his vocibus uti.

XXXIV.

Quemadmodum enim propositi nem de incarnatione *λόγος*: Verbum caro factum est, sic explicat scriptura, quod in assumpta carne tota plenitudo diuinitatis corporaliter habitet, Col. 1. & 2. Item: Verbum habitauit IN nobis: Deus erat CVM eo, Deus erat IN CHRISTO, &c. idq; propter personalem vnionem. Ita hinc propter vnionem sacramentalem corpus Christi in, cum, & sub pane esse dicimus. Vtrobique enim duæ diuersæ res vniuntur, illic quidem duæ naturæ, hinc verò corpus Christi & panis.

XXXV.

Differt tamen hæc vnio ab illa: quod naturæ in Christo diuina & humana vniuntur *ὑποστατικῶς* in vnā indiuisam personam: hinc verò

B

corpus

corpus Christi & panis ununtur *περσασαίτωε*, non in unam personam, sed in integrum Sacramentum noui Testamenti, quemadmodum de calice Saluator pronunciat.

XXXVI.

4. **Causa**

†
Vide solis
dam refu-
tationem
orthodoxi
consensus,
fol. 299.

Item Fun-
damenta
Chemni-
cij, cap. 4.

*
Concione
de Coena
dominica.

†
Non mu-
tatione es-
sentia, sed
conditio-
nis, qua
ex vulgari
pane fit sa-
cer ordi-
natione
diuina.

Lutherus
Tom. 2.
Vuiteber.
german.
fol. 215.

Et huius quidem comparationis non nostri primum autores ex-
titerunt, sed eandem quoque multi excellentes Doctores ex eruditi a anti-
quitate vsurparunt, Iustinus, Cyprianus, Augustinus, Leo, Gelasius, Cory-
sostomus, & alij, quorum testimonia alibi in nostrorum libris, magno nu-
mero reperiuntur. † Et hoc quidem quartum argumentum est ab auto-
ritate orthodoxae antiquitatis, quam merito sequimur, vbi illa Christum
sequitur.

XXXVII.

Sic enim Bernhardus: * Quod videmus, species est panis & vi-
ni, quod SVB illa specie credimus, verum corpus & verus sanguis
Christi est, quod pependit in cruce, quod fluxit ex ipsius latere. Et Au-
gustinus: Hoc accipite in pane, quod pependit in cruce, & hoc accipite
in calice, quod effusum est e Christi latere.

XXXVIII.

Et Iustinus Martyr: Non vt vulgarem panem & vulgare pocu-
lum haec sumimus: Sed quemadmodum per verbum Dei caro factus I E-
SVS CHRISTVS Seruator noster, carnem & sanguinem pro salu-
te nostra habuit: sic etiam per verbum precatationis & gratiarum actio-
nis SACRAM ab ipso ALIMONIAM, quae † mutata nutrit
carnes & sanguinem, illius incarnati IESVS carnem & sanguinem esse
didicimus. Nam sic Apostoli in suis scriptis, quae Euangelia vocantur,
tradiderunt: sumpto pane, gratisq; actis dixisse, hoc est corpus meum.

XXXIX.

Cum qua sententia D. Lutherus pulcerrimè quoq; consentit. Nam
in vltima sua confessione, propositionem hanc, Hoc est corpus meum,
confert cum istis, cum dicitur: Hic homo IESVS CHRISTVS fi-
lius Mariae est Deus, & contra: Hic Deus est homo. Item de Spiritu san-
cto apparente in columba & in ignitis linguis: Haec columba est Spiritus
sanctus, & Spiritus sanctus est haec columba. Flammae in ore Apostolo-
rum sunt Spiritus sanctus. Item de Angelis, qui ignis flammeus vocan-
tur, Psal. 104. si dicas. Haec flamma, vel, flammei equites, qui Eliseo
apparent, sunt Angeli Dei.

XL.

Quatuor huc vsq; recitata sunt. Primum enim ostendimus, quae
de re nobis in hoc articulo cum aduersarijs Zinglianis sit disceptatio, ne-
mirum

mirum de vera naturalis corporis Christi presentia in sacra Cœna, quam illi negant, nos asserimus. Deinde fraudes illorum aliquot detecta sunt, quibus statum controuersia inuertere & subterfugere conantur. Tercio ostendimus Augustanae Confessionis perpetuam esse sententiam, quod in sacra Cœna verum Christi corpus exhibeatur indignis iuxta ac dignis: & deniq; phrasæ illæ, in, cum, sub pane sunt explicata, quibus nostrates vtuntur. Hæc vero ab exordio huius disputationis præmittere visum est, vt, qua de re nobis sit disputatio, rectius intelligi posset.

CAPVT SECVNDVM.

In quo argumentorum, quibus vera essentialis corporis Christi in sacra Cœna presentia, prima classis ex ipsis verbis institutionis conficitur.

Thesis I. πρῶτασις.

CVM igitur tota disputatio de vera essentialis corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi presentia in sacra Cœna inter nos & aduersarios agitetur & sit: Idcirco affirmatiuam tuebimur, & argumenta, quibus veram presentiam corporis Christi in sacra Cœna contra potestas inferorum hætenus obtinuimus, & deinceps obtinebimus, in tres classes digeremus. Primum enim ex ipsis perspicuis verbis INSTITUTIONIS eiusq; circumstantiis demonstrationes sumemus, utpotè ex immoto & infallibili verbo Dei, propriaq; sede huius materia: deinde ex harmonia & symphonia trium Euangelistarum, & Apostoli Pauli: deniq; ex aliis orthodoxæ antiquitatis rationibus fidei analogis idem comprobabimus.

II.

Primum igitur ipsa verba, quibus Christus Saluator noster in Institutione sacrae Cœnae vtitur, argumenta prorsus infallibilia nobis suppeditat. Sic enim primo ex illis concludimus. Quilibet scripturae locus simpliciter κατὰ τὸ ἑκτόν intelligendus est, vt verba sonant: nisi vel eo ipso in loco addita sit διάφορα, vel alio in loco, vbi res eadē tractatur & exponitur, vel deniq; τὸ ἑκτόν in articulum aliquem fidei impingat, & quidem non apparente sed manifesta & inuitabili ἀντιλογίᾳ. Valet enim regula Petri, 2. Pet. 1. 20. Omnis prophetia scripturae non est ἰδίᾳς ἐπιλύσεως priuatae interpretationis: & exemplum Christi merito obseruetur, de quo Marcus cap. 4. v. 34. testatur: priuatim, inquit, Christus discipulis suis ἐπέλυε πάντα, explicabat similitudines & parabolas suas: ac si quid concionibus Christi

Prima classis argumentorum pro ἑκτόν, ipsa verba INSTITUTIONIS.



Christi obscuro mansit, illud Apostoli postea à Spiritu sancto instituti explicarunt, ut ipse Saluator predicat & mandat, Matth. 10. 26. Marci 4. 22. Luc. 8. 17. & c. Et hoc illud est, quod Theodoretus questione in Genesin 39. inculcat: Ἐν σέξ γάρ τὰ γεγραμμένα, καὶ εἰδέναι ὡς οὐδ' ἐπ' ἀπογοῶν τῶν τῶν ὁλῶν δὴ μισθῶν, καὶ δαυμάζην αὐτῶ πλὴν ἀπόζητορ ἀγαθότητα; hoc est, scripturæ verba simpliciter debemus retinere, & certò statuerè Deo non deesse facultatem implendi id quod dixit, cum omnia ex nihilo condiderit: mirari itaq; debemus ineffabilem eius bonitatem. — Iam verò verba institutionis vsq; adeò clara sunt, ut quilibet ea intelligat. Cum enim Christus de pane benedicto, quem discipulis porrigebat, pronunciat: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur: & de calice seu vino: Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum: Hic quilibet intelligit Christum de vero & naturali pane & vino, deq; vero & naturali suo corpore, quod traditurus erat, deq; vero & essentiali sanguine, quem in Cruce profusus erat, loqui, & id affirmare, quod id ipsum, quod manu tenebat, quod verus panis erat, sit suum corpus, quodq; id ipsum, quod in calice offerebat, quod erat naturale vinum, sit sanguis suus. Ergo verum est, quod in sacra Cæna sumamus, in, cum, & sub pane, verum & essentialè corpus Christi, item, in, cum, & sub vino, verum & essentialè sanguinem Christi.

III.

Secundum argumentum à πλῆθος σοφῶν & proprio fidei.

Secundum argumentum primæ classis tale est. Vbiunq; τῶν ἑκτῶν verborum Dei tantummodò ἀδύνατα humana rationis & ἀντιθέσει καὶ ἀντινομία φανόμενα, hoc est, pugnae apparentes obstant, ibi rationis nostræ iudicium, & omne dubium πλῆθος σοφῶν, & firmamento fidei superare debemus, ut cogitemus, Deum pro sua omnipotentia facere posse quæ dicit, cum apud ipsum non sit impossibile vllum verbum, eundem pro sua sapientia modum & rationem inuenire posse, qua ea conciliet, & vtraq; vera faciat, quæ ipse promittit, licet contraria videantur. Iam in verbis Cænae τῶν ἑκτῶν tantummodò abstant humanæ rationis inuenta, vel ἀντιθέσει, quas homines mali sibi comminiscuntur. Ergo hæc omnia fide in Deum superare debemus.

IV.

Abraham exemplum fidei.

Huc pertinet illustre exemplum fidei in Abrahamo patre fidelium, Rom. 4. v. 11. Abrahamum enim Deus duplici sententia vna euangelica altera legali explorare vel potius in fide confirmare voluit. Itaq; primum

num illi dat promissionem euangelicam: In semine tuo benedicentur omnes gentes, Gen. 12. & 15. Isti diuinæ promissioni tum Abraham tum Sara opponunt τὸ ἀδύνατον, & παρὰ φύσιν, ed. quod Sara natura sterilis, & Abraham & effatus erat. Itaq; Abraham Euangelium Dei sic interpretatur, quasi illud, de adoptiuo filio intelligendum sit: Sara eam inuenit δεινόμοια, quod Abraham ex ancilla prolem suscipere debeat: Atq; ita ille δεῖον, illa μητρώθενον intelligit filium, vterq; falso: Quocirca licet rideant Dei promissionem ex carnis infirmitate, tamen audiunt: Nunquid Deo quicquam est difficile, Gen. 16. & 17. & 18. Et rationis suæ διαλογισμοῖς promissionis diuinæ perspicuitate superant.

V.

Addit Deus sententiam legalem: Filium tuum Isaacum mactato. Hoc mandatum cum Euangelio, & cum vniuersa lege pugnare videbatur. Nam & quartum & maxime quintum decalogi præceptum evertit: & interfecto Isaaco, qui potest promissio benedicti seminis impleri? Ita profecto Abraham ratiocinabatur. Sed in priore lucta Fidei Methodum edoctus, vincit rationis suæ διαλογισμῶς, & filium quamuis vniogenitum, & mirificè dilectum, & cui facta fuerat promissio, in Isaac vocabitur tibi semen, eum inquam filium immolare parat, certò statuens, quod Deus Isaacum à mortuis in vitam reuocare queat. Ebr. 11. v. 19. Gen. 21. 12. & 22. 10. Eccl. 44. 15.

VI.

Hoc tam memorabile exemplum nos quoque imitari debemus & VERBI DIVINI CERTITUDINE AC PERSPICUITATE omnes intellectus nostri ἀντιλογίας & ἀντινομίας, quæ in presenti negotio Eucharistiæ nullo modo tanti sunt momenti, quanti erant ille Abrahami, elidamus & dissoluamus, certòq; statuamus, cum Deus vtriusq; verbi autor sit, tam eius quod dicit, Christi corpus in Cæna adesse, quam eius, quod tradit Christum habere verum & naturale & finitum corpus, quo in cælos ascendit, & ad dextram æterni Patris consedit, eum ipsum huius φανερῶς ἀντιθέσεως iam dudum inuentam & paratam habere ἐπίλυσις, qua & illud præstet, & hoc non destruat.

VII.

Tertium huius generis argumentum tale est: Vnumquodq; caput doctrinæ cælestis ex PROPRIA & NATIVA SVA SEDE scripturæ, vbi καὶ αὐτὸ πρῶτως traditur, interpretandum est, non ex alijs scripturæ sententijs, quæ de eo præcipue non loquuntur. Iam verò

Regula de interpretatione Scripturarum.

Vide Aug-
ust. lib. 3.
de doctr.
Christian.
c. 7. & l. 1.
de Gen. ad
He. c. 22.

propria sedes huius controuersie est ipsa sacrae Cene institutio, quae satis clara & perspicua est, adeo, ut ipsi aduersarij testari cogantur, verba simpliciter intellecta inferre veri corporis Christi praesentiam, & ipse Paulus affirmat Christum ea nocte, qua proditus est, tradidisse fundamentum, vnde constitui & dijudicari debent dogma de cena Domini, non villo vnquam antea tempore. Ergo haec verba non aliunde sunt interpretanda, vtpote ex articulo de ascensione vel de veritate Naturae humanae in Christo, vel similibus, sed ista potius ad illam germanam sacrae Cene sententiam accommodanda erunt, vt fidei analogia retineatur, Rom. 12. 16. Ac proinde Sacramentarij methodum tractandi scripturam prorsus inuertunt, qui censent, vt Victorinus dicebat, dextro oculo Religionem omnium temporum aspiciendam, sinistro verba cena spectanda esse.

VIII.

Quartum argumentum tale est. In testamentis verba adhibentur plana & perspicua, quae mentem testatoris exprimant, ne lis relinquatur haeredibus, & cum in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti voluntatis questio. Sacra autem Cena est Testamentum, & quidem eius Testatoris, cui neq; sapientia, neq; industria & facultas desint, quo minus posset aperte significare id, quod cogitabat. Ergo verbis Testamenti & Sacramenti huius simpliciter inhaerendum est, iuxta vsitatam regulam, quod non licet verbis Testamenti addere vel detrabere, quodq; in dubio tutius sit, non recedere a verbis, sed illis tenaciter inhaerere, sine extranea interpretatione, Gal. 4. 15. Hebr. 9. v. 17.

IX.

Quintum argumentum ita concluditur: In articulis fidei † vna certa sententia praefenda est dubiis & variis opinionibus & commentis. Si vero in verbis Cenae insistamus τὸ ἴδιον, habemus vnam certam & perpetuam sententiam, cum aduersarij, qui διὰ νοίας inquirunt, fluctuent, & modo in hac, modo in illa vocula, figuram quaerant: sicut Lutherus in sua confessione minore septem recitat opiniones Sacramentariorum sui temporis. Ergo τὸ ἴδιον insistendum, ne omni vento doctrinae circumferamur, Ephes. 4. v. 14.

X.

Haecenus igitur ex ipsis verbis Domini, quibus sacram cenam sancit, aliquot argumenta desumimus, quae pie menti sufficiunt ad fidei certitudinem. Et recte scribit D. Philippus Melanchthon: "Fieri, inquit, potest, vt alia sententia blandiatur ocioso animo, quae est magis consentanea humano iudicio, praesertim si sit instructa & ornata argumentis eruditè excogitatis, Sed quid fiet in tentatione? cum disputabit conscientia, quam

†
Ireneus li-
bro 2. c. 46
regulas
quasdam de
interpretatione
scripturae
tradit.

*
In libello
ad Myconi-
um sub
finem: par-
te secunda
Instituit.
D. Selne-
ceri, f. 566.

ria, quam habuerit causam dissentiendi à recepta sententia in Ecclesia.
Tunc verba, HOC EST CORPVS MEVM, fulmina erunt, &c.

CAPVT TERTIVM.

In quo secunda classis argumentorum, quæ harmonia
Euangelistarum suppeditat.

Thesis I.

QVemadmodum in proximo capite ea argumenta exposuimus, quæ
ab ipsis Domini nostri Iesu Christi verbis desumpta sunt: Ita hoc ca-
pite ex harmonia quatuor testium minimè fallacium, qui vno ore de sa-
cra Eucharistia locuti sunt, Matthæi, Marci, Lucæ Euangelistarum &
& Apostoli Pauli præcipua in compendium colligemus † ab alijs fusijs
tractata: & primum quidē ista nobis suppeditat Euangelista Matthæus,
qui sacram cœnam cap. 26. v. 26. 27. 28. 29. describit.

II.

Matthæus itaq; testis sacra cœna αὐτόπῃ scire potuit, quid de sa-
cratissimo epulo Dominus præceperit, & quid discipuli crediderint. Ver-
ba duas partes habent, quarum illa de corpore, hæc de sanguine Domini
loquitur. De priore tale argumentum cõstruimus. Ubi omnia verba seor-
sim sumta sunt plana & sine omni tropo posita, ibi tropum comminisci
alienum, & in re sacra tanti momenti impium est. Matthæus autem,
quando loquitur de prima parte Cœnæ adhibet verba, quæ singula sunt
plana & perspicua, & nullum tropum habent. Ergo simpliciter accipi-
enda erunt.

III.

Minorem Syllogismi κατὰ μέγεθος declaramus hoc pacto. Omnia
quæ in prima parte recitantur ad quatuor causas seu circumstantias re-
ferri possunt, nimirum το ποτε, τις, τι, πωε. Primum quando Cœna in-
stituta respondet Matthæus dupliciter, tum κωνωε ea nocte, qua Christus
est proditus: tum ιδιωε, edentibus illis, hoc est, durante communi cœna,
quæ post Agni Paschalis comestionem fuerat habita.

IV.

Secundò, quis sancit? Dominus noster Iesus Christus, is videlicet, qui
& intelligit quid dicat, & facere potest, quod promittit. *

V.

Tertiò, qua re & materia constat sacra Cœna? Duæ res expressè no-
minantur: primum panis, & is quidem communis, quo in Cœna fuerant
vsi, qui & frangitur, & in partes tribuitur: deinde de hoc ipso PANE
pronunciatur HOC EST CORPVS MEVM. Relatiuum seu δεικτι-
κόν, Hoc, etsi genere nõ conuenit cum pane, tamen cõsuetudine omnium
linguarum

†
Vide do-
ctissimum
librum D.
Chemnici
de fundam-
entis sa-
cræ Cœ-
næ.

*
Et quib;
Discipu-
lis, id est,
omnibus
Ecclesie
Christi
membris.



linguarum illud ipsum, quod Christus manu tenebat, quod erat Panis, sed
iam benedictus, & in sacrum usum à Christo adhibitus, significat: si-
cut Adam de sua Eva, etsi non quo ad vocem, quo ad rem rectè dicit,
Gen. 2. τὸ τοῦ ὄσπρι ἐκ τῶν ὀσέων μ. Hoc vel τὸ τοῦ γυναι-
κα mulierem.

VI.

In verbo, EST, nihil quoq; figurati à Matthæo innuitur: idcirco
est nobis verbum ὑπαρκτικόν, & significat substantiam veram.

VII.

Neque in corporis voce qui quam inest, quod τὸ πορ redoleat,
presertim cum pronom. n. Meum clarè euincat, Christum de naturali &
essentiali suo corpore loqui.

VIII.

Quod si nudus hic esset panis, dicendum utiq; Domino fuerat, si ut
antea dixit de bucella intincta: Comedite panem meum. Quia vero de
hoc pane pronunciat: Hoc est corpus meum, apparet, præter panem,
hic verum & naturale corpus Christi adesse.

IX.

Reliqua τὸ πῶς actionem & administrationem describunt δι' ἐξ-
ηκτικῶς narratiuè, & προσακτικῶς imperatiuè. Quid enim fa-
cit Christus? Totum, quod agit, constat, λέγει quod panem manibus acci-
pit, & accipiendo à communi usu ad sacrum segregat: 2. εὐλογεῖ,
quod Patri gratias agit, & pro nobis intercedit, & panem hunc omni-
potentia suæ verbo, quo olim omnia condidit, idoneum facit organon &
medium, quo suum nobis corpus communicet: 3. κλάει, quod panem in
partes confringit: 4. δίδει, quod discipulis distribuit: 5. λέγει ἡ προσ-
φωνεῖ, quod mentem suam de hoc instituto dicendo aperit. Quid au-
tem dicit? Verba duarum sunt partium. Est enim hic προσαγμα præ-
ceptum, tum ut accipiant, accipite, tum ut edant, comedite, quorum ibi-
lud apprehensionem & applicationem, hoc modum, qui sit ore corporis,
denotat: Est etiam ἐπαγγελμα promissio & sanctio: Hoc, quod ego do,
& quod vos accipitis, hoc, inquam, est corpus meum.

X.

Iam in altera parte Narrationis duo nobis suppeditantur luculen-
tissima argumenta, quæ veram naturalis & essentialis sanguinis Christi
presentiam euincunt. Primum à perspicuis asseuerationibus ipsius Chri-
sti. Quod enim præter vinum discipulis suis verum suum & naturalem
sanguini-

sanguinem exhibeat, ipse affirmat, & non simpliciter affirmat, sed tribus
 διορισμοῖς ostendit, de quo sanguine loquatur. Primum enim, ne pute-
 tur alterius cuiuspiam sanguis, utpotè victimarum, & Agni Paschalis,
 quo ante postes & superliminaria consperferant, ideò dicit: Hic sanguis
 MEVS est: deinde ne existimetur, ita hinc esse Christi sanguinem, ut in
 veteris Testamenti sacrificiis erat τυπικῶς, idcirco dicit: Hic est meus
 sanguis novi Testamenti: deniq; ne per sanguinem intelligantur benefi-
 cia τῆς αἱματεκχυσίας profusione sanguinis parta, ideò addit, qui pro
 multis effunditur in remissionem peccatorum. Iam verò sanguis pro no-
 bis effusus non est, nisi qui est de venis, & de reliqua secundum homi-
 nem substantia, qua Caro factum Dei verbum sanguine suo redemit nos,
 ait Irenæus.

XI.

Alterum argumentum est in perspicua & illustri veteris & novi
 Testamenti ἀντιθέσει, quam quidem Saluator noster dupliciter indicat,
 primum particula αἰτιολογικῆ, quod dicit: Hic ENIM est Sanguis
 meus: deinde quod addit mentionem novi Testamenti: deniq; verborum
 similitudine. In Agni enim paschalis maculatione, ut Exod. 24. 8. Ebr.
 9. 20. dicitur, Pontifex cum populum aspergeret, eiusmodi verba usur-
 pabat: Hic est sanguis Testamenti: eandem verborum formam Chri-
 stus imitatur, adhibita solummodo Testamenti novi à veteri distinctione,
 & dicit: Hic est sanguis meus novi Testamenti. Iam ita licet ratiocina-
 ri. Nouum Testamentum à veteri ita distat, quod in veteri Testamento
 fuerunt umbræ & typi futurorum, in nouo autem Testamento est ipse
 Christus sua persona & beneficiis, quæ omnia simul ut res ipsæ respectu
 typorum appellantur corpus Christi Col. 2. 17. & ipsa εἰκὼν imago re-
 rum; Ebre. 10. 1. In veteri autem Testamento sanguis Christi, per san-
 guinem Agni paschalis fuit adumbratus, & Christus hinc clarè opponit
 hoc Sacramentum sacramento Agni paschalis, quasi dicat: Paulò ante
 habuistis in cratere sanguinem Agni, quo postes conspersistis, iuxta le-
 gem Exod. 12. ille sanguis meum sanguinem figurabat, iam verò hinc ex-
 hibeo vobis non alienum Agni paschalis sanguinem, sed meum sangui-
 nem, & hoc ipso aboleo vetus Testamentum, & sancio nouum. Ergo in
 Sacramento noui Testamenti non habemus typum sanguinis Christi, sed
 præciosissimum sanguinem Christi.

XII.

Et hætenus ex Euangelista Matthæo argumentati sumus: proxi-
 mu est, ut Marcum quoq; consideramus,

C

Ac si



XIII.

Probatio
τῶ ἁγῶ
ex Marco.

Ac si Marci Euangelistæ personam & Apostolicam vocationem consideremus, non leue nobis argumentum suppeditatur. Cùm enim Marcus non interfuerit sacræ Cænæ à Christo habitæ Hierosolymis in Cœnaculo, neq; ex numero duodecim Apostolorum, & euangelicam historiam, vel à Petro, vt pleriq; censent, vel ab alio acceperit: & nihilominus ipsissima verba Matthæi sine omni variatione retinuerit, vt se attentum Spiritus S. & Apostolorum discipulum, & fidelem diuinorum mysteriorum custodem probaret: ex eo liquet, tum quanta veneratione Apostoli suis discipulis hoc mysterium communicauerint, tum quanta deuotione illi sacrum depositum custodierint, & quod nec illi aliam sententiam verborum Christi discipulis instillarint, nec isti quicquam diuersum vnquam senserint.

XIV.

Quod verò Oecolampadius olim ratiocinatus est: Quia eadem verba institutionis totidem syllabis à diuersis repetuntur: idcirco illa mentis Christi sententiam nobis explanare non posse: Id inquam in ipsum rectorquemus ex Regula Pauli, Phil. 3. 1. Quando scriptura idem iisdem verbis repetit & inculcat, facit illud propter nostram ἀσφάλειαν, vt de diuina voluntate certi simus, neq; nos vllò humanæ rationis commento inde abduci patiamur. Spiritus sanctus itaq; in sacra Cœna eadem verba inculcando, idem τὸ ἀσφαλές querit, & nos adhortari vult, ne hallucinemur, sed verba Domini simplici fide, ita, vt sonant, accipiamus.

XV.

Deindè, cum Marcus itidem, vt Matthæus verbum εὐχαριστία interpretetur, per alterum εὐλογίαι hoc ipso indicant: Christum non solum Deum Patrem laudasse & celebrasse, neq; discipulorum solummodo salutem Deo commendasse, quæ alioquin verbi εὐλογίαι significationes sunt: sed singulari benedictione super hunc panem vsum esse, quæ tam fuerit efficax, vt panis iam non amplius vulgaris panis maneat, sed cum corpore Christi sacramentaliter vniretur, quemadmodum omnipotenti sua benedictione quinque panes & paucos pisciculos vsq; ad eò multiplicauerat, vt quinque millibus hominum saturandis sufficerent, Marc. 6. 41.

XVI.

Ac proindè vt efficacissima illa benedictio in prima creatione super homines aliaq; animalia pronunciata, Crescite & multiplicamini, hodie.

hodie quoque suam vim retinet: Ita hæc Domini benedictio, ordinatio & sanctio, in hodiernum usque diem efficit, ut corpus Christi & sanguis Christi in sacra Cæna adsit.

XVII.

Denique quod Marcus non modò factum Domini in altera Cæna parte de poculo refert, sed quid fecerint Apostoli, commemorat: Et biberunt ex eo omnes, id argumento est, eos verum Domini sanguinem ore corporis è poculo cum vino hausisse. Dominus enim dixerat: Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus: Marcus addit: Et biberunt omnes è poculo. Si biberunt, & non nisi ore corporis bibitur: Ergo ore corporis id hauserant, quod Dominus ordinaverat: Ordinaverat autem suum sanguinem. Quapropter sanguinem Domini ore corporis biberunt. Ita Marcus spiritualem illam manducationem & bibitionem, quæ fit fide, & non minus extra usum sacrae Cæna, quàm in illa adhiberi potest & debet, excludit cum de hac sacramentali sumptione, quæ essentiam sacrae Cænae præcipit, agitur, quamvis fructus non nisi fide nobis applicetur.

XVIII.

Venio nunc ad tertium testem Evangelicum, S. Lucam Evangelistam, qui cap. 22. v. 19. 20. Dominicam cænam descripsit. Atque his iterum eius persona non levis argumentum suppeditat. Lucas enim, ut ipse factetur, & Acta Apostolorum abundè testantur, comes fuit laborum D. Pauli, & ab eo suum Evangelicum accepit commentarium. Cum verò Paulus sententiam de sacra Cæna ex ipso Domino, post ascensionem in dextra Patris sedente didicerit, & eundem sancto Lucae annotandum commendauerit: Sanctus Lucas ad vnguem τὸ ἕκτῳ repetat, & verba Pauli totidem, quo ille, penè syllabis annumeret: Intelligimus inde primum quanta cura τὸ ἕκτῳ observandum sit: deinde illud quoque, quod Christi ascensio minime sit impedimento, quo minus Saluator suum corpus in sacra Cæna nobis exhibeat.

Probatio
τὸ ἕκτῳ
ex S. Lucae.

XXIX.

Deinde memorabile est illud, quod sanctus Lucas corporis Christi, διότι μὲν à Paulo acceptum religiose vrget. Nam ipse Dominus, cum sciret de hoc orituras contentiones, quale corpus in sacra Cæna nobis exhiberetur, disertis verbis Paulo interpretatus est suam mentem, se illud ipsum corpus nobis edendum præbere, quod pro nobis tradidisset in crucem. Edimus itaque in sacra Cæna illud ipsum cor-

C 2

pus,

pus, quod Christus pro nobis tradidit. Traditum autem est non typicum aliquid aut $\chi\epsilon\tau\iota\mu\omicron\upsilon\pi$ aut ideale corpus, sed verum, naturale & essenziale corpus Christi. Ergo in sacra Cœna ore corporis accipimus verum, essenziale corpus Domini nostri Iesu Christi.

XX.

Tertiò illustris hîc est ipsius substantiæ & vsus sacrae Cœnæ distinctio. Nam de substantia sacrae Cœnæ differit, cum dicit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. De vsu & fructu agit, cum subiicit: Hoc facite in mei commemorationem. Unde sic argumentati sunt pro $\xi\alpha\tau\omicron\varsigma$ contra Sacramentariorû spirituales fidei manducationem. Distinctæ à filio Dei actiones & manducationes non sunt in vnam confundendæ, & vna non tollit alteram, vbi vtraq; simul mandatur. Sed hîc distinctæ sunt actiones: Vna est, quod filius Dei nos iubet ore corporis, verum suum corpus sub pane manducare, cum dicit: Accipite, edite: Hoc est corpus meum: altera, quod idem filius Dei iubet nos deuota mente memoriam suæ passionis recolere, & beneficia morte sua præstita vera fide nobis applicare, cum addit: Hoc facite in mei recordationem. Hæ actiones, inquam, sunt distinctæ, quarum illa à filio Dei nominatur $\pi\omicron\iota\iota\sigma\iota\varsigma$, (cum corporeis fiat instrumentis) hæc $\acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}\mu\eta\sigma\iota\varsigma$, (cum mentis fiat attentione) & illa fiat huius gratia. Ergo non est idem, edere corpus Christi ore corporis, quod & fide sibi applicare beneficia Christi. Et cum Christus vtrumq; præcipiat, vtrumq; sanè in sacra Cœnâ fieri necesse est.

XXI.

Quartò obseruatione dignissima est in altero membro Institutionis illa à sancto Luca & D. Paulo obseruata $\acute{\alpha}\nu\tau\alpha\nu\acute{\alpha}\kappa\lambda\alpha\sigma\iota\varsigma$, $\epsilon\nu\acute{\alpha}\lambda\lambda\alpha\chi\iota\varsigma$, $\acute{\alpha}\nu\tau\iota\sigma\sigma\omicron\phi\iota\alpha$ verborum. In Matthæo enim & Marco Saluator de poculo pronunciauit: Hic est sanguis meus noui Testamenti. Eadem verba reciproco ordine Saluator post ascensionem per Paulum & Lucam repetit hoc pacto: Hoc poculum nouum testamentum in meo sanguine.

XXII.

Hinc Lutherus auream cathenam nectit, sic enim scribit: Mandatum Christi in poculo comprehendit vinum: vinum virtute Christi complectitur sanguinem Christi: Sanguis testamentum, quia est testamenti sanguis: Testamentum remissionem peccatorum. Cum igitur hæc continua serie cohæreant, & alterum ex altero dependeat, vnumq; in altero contineatur, manifestum primo est, perinde esse, siue ita dicatur: Hic est sanguis noui Testamenti: siue ita pronuncietur $\acute{\alpha}\nu\tau\epsilon\sigma\sigma\alpha\mu\upsilon\lambda\iota\omega\varsigma$: Hoc est nouum Testamentum in sanguine.

Nam

XXIII.

Nam quæ ita coniuncta sunt, vt diuelli nequeant, in illis libera est
ἀντιστοιχία. Sanguis autem Christi, est Testamenti sanguis, & vicissim,
Testamentum est sanguine Christi sancitum, & ista duo, vt correlata &
ἀντιστοιχία necessariam habent connexionem. Ergo eadem vtrobiq;
tum in Matthæo, tum in Luca sententia. Hæc sit hypothesis.

XXIV.

Deinde ex hac necessitudine & indissolubili connexionem, vini cum
sanguine, sanguinis cum testamento, testamenti cum remissione peccato-
rum sic ratiocinamur. In quibus eiusmodi est connexio, vt se mutuo an-
tecedant & sequantur, ex illis si vnum ponatur, alterum poni necesse
est. Correlata verò & necessario connexa sunt, vinum, sanguis, te-
stamentum, remissio peccatorum. Et verò in sacra Cæna bibimus vinum,
inimus fædus cum Deo, accipimus remissionem peccatorum. Ergo inibi
verum quoq; sanguinem Christi haurimus.

XXV.

Nam sine sanguine vinum esset vacuum vinum, & non posset à
Christo appellari vinum noui Testamenti in suo sanguine. Testamentum
item fieri non potest, nisi adsit sanguis, qui est medium & σφραγίς ad
feriendum & obfirmandum Testamentum, Hebr. 9.

XXVI.

Perindè enim vt in veteri Testamento, σωθήκη & fædus sic ini-
tum fuit, vt primò populus ex mandato Dei, Deo sponderet obedientiam,
deinde ἀνάπαλιπ Deus populo sua deferret beneficia. Vtrobiq; autè me-
dius intercedebat sanguis hircorū & taurorum. Cùm enim populus Deo
iurabat, sanguinem offerebat, sui iuramenti signaculum; cùm vice versa
Deus cum populo paciscebatur, eodem illo sanguine populus consperge-
batur: Atq; ita verum erat, quod Sacerdos dicebat: Hic est sanguis te-
stamenti seu fæderis, quod pepigit vobiscum Deus.

XXVII.

Eodem modo in nouo fædere res habet, & nisi adsit sanguis, fæ-
dus fieri & sanciri non potest. Proindè cùm Christus dicit, tunc esse
sanguinem noui Testamenti, & vicissim nouum Testamentum in suo
sanguine: sequitur, duplici respectu sanguinem Christi in Cæna adesse.
Primum eo, quo nos cum Deo paciscimur, deindè, eo quo Deus remissio-
nem peccatorum nobis offert & exhibet, quorum neutrum sine interue-
niente sanguine fieri potest.

XXVIII.

Ac si Israëlita non poterant sine sanguine cum Deo pacisci, imò

6 3 non



non audebant sine sanguine in conspectum Dei venire, quanto magis nobis opus est sanguine, quando ad thronum gratiae accedere volumus. Ut enim illis sanguine licitum erat in sancta ingredi: ita sanguis Christi sancta sanctorum in caelis, id est, sinum diuinae misericordiae nobis reclusit. Si denique Israelitas Deus voluit sanguine aspergi, ut ratam haberent Dei promissionem, quanto magis existimandum est, Deum sanguine filij sui in os nobis indito, animam & corpus nostrum vndiquaque irrigare, & à peccatis ac aeterna morte eluere? Ebr. 9. & 10.

XXIX.

Ita videmus, quo pacto pulcerrima illa rerum in sacra Cœna ὄψιν πλοκῆ & ἀντίστοφῆ, qua Saluator apud Matthæum & Lucam vtitur, euincat veri & substantialis sanguinis Christi praesentiam, utpote sine quo nec Deus nobiscum pacisci, & remissionem peccatorum exhibere & applicare, nec nos cum Deo possumus.

XXX.

Neque quicumque iuuabit aduersarios, si ad pessimam suam causam qualemcumque πρόσφασις prætendant, idcirco dubiam esse verborum Cœnae sententiam, quod non eo ordine in Luca & Paulo sunt recitata, quo & Matthæo & Marco. Nos enim idipsum κατὰ βίαιον in aduersarios retorquemus. Quia his eadem sunt verba, & eadem res, & adhibita à Filio Dei ἀντίστοφῆ: inde sequitur istarum rerum, tam necessariam esse connexionem, ut vna sine altera esse nequeat.

XXXI.

Quin & illud ridiculum, si iubeant nos mente in caelum euolare, & illic fide apprehenso Christi sanguine cum Deo fœdus percutere. Obstat filius Dei, qui hic in terris in ECCLESIA MILITANTE, hoc fœdus cum Deo contrahi mandat. Quod si fœdus hic in terra faciendum: & verò illud, nisi interueniente sanguine; quo nos ad Deum accedamus, & Deus sese suamque gratiam nobis communicet, fieri non potest, ut ostensum. Ergo sanguis Iesu Christi hic in terra in pactione ista sacramentali cum Deo adsit, necesse est.

XXXII.

Demonstratio τῆς ἑνότητος ex S. Paulo.

Quartus testis Apostolicus est D. Paulus, qui in tertio caelo fuit, & ibi à Domino accepit, quod nobis tradidit. Ille verò dupliciter agit de sacra Cœna, tum ἰσοζυκῶς, tum διδασκαλικῶς seu ἐξηγητικῶς. Hic verba institutionis solummodo expendemus. Nam quod ad explicationem negotij Cœnae Domini attinet, quam 1. Cor. 10. v. 16. & 1. Cor. 11. v. 26. tradit, de ea proxima disputatione agemus.

Quia

XXXIII.

Quia verò verba institutionis eadem sunt, penè per omnia cum illis, quæ à Paulo habet S. Lucas, ideoq; illa argumenta, quæ modo sunt explicata, repetere superuacaneum esset. Tribus argumentis contenti erimus.

XXXIV.

Primum memorabilis est in Paulo 1. Cor. 10. 16. loquendi consuetudo, quæ præpositionem Sacramenti mirum in modum explanat. Cum enim tres Euangelistæ & ipse Paulus 1. Cor. 11. 24. pro subiecto posuisset, τὸ. Hoc utrobique, tum in oratione de corpore, tum in oratione de calice, hic 1. Cor. 10. 16. pro illo τὸ, Hoc, ponit τὸ ἄρτον, ὃ κλάμεν, panem quam frangimus : item pro illo, τὸ τὸ ποτήριον, hoc poculum, usurpat, τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν. Similiter de prædicato. Cum enim Euangelistæ prædicati loco posuissent corpus & sanguinem, vel testamentum in sanguine, Paulus pro eo adhibet κοινωvίαρ τῶ σώματῳ, & κοινωvίαρ τῶ αἵματι.

XXXV.

Hinc ita ratiocinamur. Idem Spiritus sanctus, qui in Euangelistis usus est illa loquendi formula, hac etiam utitur in Apostolo Paulo : & cum sit idem, sibi contradicere nequit. Hic verò propositionem Euangelistis hæcenus usurpatum sic explicat, quòd panis benedictus sit ὄργανον, quo Christianis in Ecclesia militante in terra distribuitur corpus Domini, & vinum sit ὄργανον, quo Ecclesie militanti in terris communicatur sanguis Iesu Christi. Ergo subiectum τὸ, Hoc, in propositionibus Euangelistarum non principaliter de pane, quatenus est panis, nec principaliter de vino seu poculo, quatenus est vinum seu poculum, sed de pane ὄργανικῶς, deq; vino item ὄργανικῶς, quatenus principalem thesaurum, corpus nimirum & sanguinem Domini continent, & nobis communicant, intelligendum est. Ac proinde cum pane verum corpus Christi, cum vino verus sanguis Domini, tanquam principalis thesaurus, & res celestis illo organo & terrena re contenta, præsto erit & exhibebitur.

XXXVI.

Secundum argumentum ex Paulo istud est in illis verbis, 1. Cor. 11. 20. σὺν ἅρτοις καὶ οἴνῳ ἐπι τὸ αὐτὸ : Inde enim sic infero. Quæ unq; pertinent ad integram sacræ cæne essentiam illa hic in terris Ecclesie militanti, ubi conuenimus, nobis exhibentur. Quia alioquin non integrum κυριακὸν δέπνον, sed partem solummodò manducaremus. Sed

C 4 ad in-



ad integram Essentiam sacrae Cœnæ pertinet essenziale corpus & essentialis sanguis Domini nostri Iesu Christi. Ergò hic in terris ubi convenimus in Ecclesia militante sanctissimum Domini corpus, & sacratissimus Domini sanguis, ipsa sua ουσία adsunt, & convenientibus exhibentur.

XXXVII.

Tertium argumentum sumimus ex illa prædicati προσδιορίσθαι, qua dicit Saluator: Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur, pro hoc verbo frangi, Evangelistæ antea usurparunt verbum tradi, & dixerunt, quod pro vobis traditur. Hinc itaq; argumentor. Participium κλάωμεν, ponitur pro participio διδόμεν. Ergò illud explicat: Frustra enim non adhibetur, sed ἀξιογύσεως & perspicuitatis causa. Si explicat, modum utiq; traditionis & δόσεως explicat, qui sit τῆ κλάσε fractione. Facta igitur illa κλάσις & fractio aut in cruce, aut fit in sacra cœna, & fit vel propriè vel usitato more scripturæ. Fractio autem propriè est corporis in partes distractio & comminutio. Fractio more scripturæ est distributio, ut ista loca testantur, Gen. 41, 56. ubi verbum Schabar, distribuere significat.

XXXVIII.

Iam verò corpus Christi nec in Cruce fractum & comminutum est, Exod. 12. Iohan. 19. Multo minùs in sacra cœna in particulas discerpitur, sed quilibet totum Christi corpus accipit. Neq; verò etiam in cruce facta est vlla distributio corporis Christi. Fit autem distributio eius in sacra cœna per κοινωνίαν, de qua diximus. Ergò quando Apostolus Paulus pro traditione corporis Christi usurpat fractionem, non simpliciter tantùm innuit, quod corpus Christi in cruce sit traditum, sed etiam quod in sacra cœna cum pane distribuatur vescentibus.

XXXIX.

Hæc ex S. Paulo hoc loco sufficiant. Nam quod ad manducationem attinet indignorum, quæ peculiarem demonstrationem suppeditat, de ea, ut & de cæteris proxima disquisitione agemus.

XL.

Hactenus igitur duabus argumentorum classibus Præsentia naturalis corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, in administratione sacrae Cœnæ demonstrata est.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

Demonstratio τῶν ἁγίων ex orthodoxa antiquitate.

Thesis I.

Presentis instituti non est Patrum sententias cumulare, cum illud alij præstiterint & imprimis Dominus Philippus Melanchthon in suo libello ad Myconium, & postea D. D. Iohannes Marbachius, item D. D. Martinus Kemnitius, & alij præclaram in hac parte Ecclesie operam præstiterunt, qua & nos acquiescimus.

II.

Sed duo hic monenda duximus: Primum enim quidam sententiis Patrum usque adeo inhaerent, ut ex illis interpretationem, quaecumque fuerit obuia, auidè primum arripiant, & inde demum ad scripturam accedant: atque ita Patrum auctoritatem scripturis anteponant. Quae planè præpostera est ratio. Non enim scriptura à Patribus, sed Patres à scriptura interpretationem & auctoritatem habent. Et vnica scriptura continet immotas Fidei apodixeis, & infallibilia argumenta, Patres verò nihil præter testimonia & suffragia suppeditant, veritati ex scriptura solidè demonstratæ.

III.

In hoc igitur articulo fidei πληροφορία nititur solidissimis illis demonstrationibus, quæ hæcenus sunt traditæ: Patrum verò suffragia, cum accedunt, tanto commendatiorem nobis reddunt diuinam veritatem, quod perpetuum Ecclesie consensum nobis ob oculos proponunt.

IV.

Hoc sine Patrum testimonia adhibenda sunt, ut scriptura vnica sit doctrinae caelestis canon, ad quem Patrum sententiæ exigantur & censeantur.

V.

Proinde quolibet in Patrum testimonio diligenter & accuratè attendendum est, qua de re loquatur. Quod si fecerimus, facile apparebit, quàm turpiter orthodoxæ antiquitatis testimoniis Antagonistæ abutantur.

VI.

Quandòq; enim patribus id propositum est, ostendere, quale munus in sacra Domini Cæna externa symbola obtineant, quod nimirum sint signa exhibentia & conferentia nobis verum corpus, verumq; sanguinem Domini.

Sapè non

VII.

Sapè non de substantia sacrae Cœnae, sed de salutari usu & perfruitione loquuntur, & spiritualem proinde manducationem inculcant, quæ fit fide in Christum.

VIII.

Vnde fit, vt concionem Christi, Ioh. 6. quæ tota de spiritali manducatione est, & ad substantiam sacrae Cœnae nihil pertinet, ad negotium Cœnae referant, quando nimirum salutarem participationem beneficiorum Christi commendare volunt.

IX.

Non rarò Capernaticam dilanationem corporis Christi amoluntur.

X.

Sapissimè ὡς ἔν παρόδῳ, & obiter sacrae Cœnae mentionem iniiciunt, & rem non ex professo tractant, neq; satis explicant, sed brevissimè innuunt.

XI.

Hinc fit, vt multa possint Antagonistæ ex Patribus producere, quæ suæ opinioni fauere videntur, quæ si accuratius examinata fuerint, iuxta diuersitatem iam indicatam, sine omni negotio fraudem Calvinianorum in deprauandis patribus animaduertemus.

XII.

Proindè pro tota antiquitate hoc ponimus Axioma: vniuersam priscam Ecclesiam, & omnes fideles Ecclesiæ Doctores, vnà nobiscum in sacra Cœna veram essentialis corporis & sanguinis Christi præsentiam hîc in terris in militante Ecclesia credere, affirmare, docere, propugnare, absentiam detestari, refutare.

XIII.

Probatio huius axiomatis in commemoratis nostrorum libris exposita est, quo veritatis amantes remittimus.

XIV.

Atque ita veram nostrarum Ecclesiarum & Augustanae Confessionis sententiam, de vera præsentia corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, ex solidis scripturarum fundamentis asseruimus.

XV.

Sophismata aduersariorum disputatione proxima refutabimus.

A M E N.





AB

50A $\frac{2}{h, 12}$


ULB Halle 3
003 485 560




Sch

Rest.
Sep./Okt 84 Schuss.







69
5
P
ETISSIMO
RISTIANÆ
ORDIÆ

O NONA, DE
A DOMINI,
CAPITVM.

rbis institutionis.
monia Euangelist. & Apost. Pauli.
thodoxa antiquitate.

præsidio

NERI, S. THEO.

PROFESSORIS, IN
nsi 22. Decemb. Anno
respondebit

IEBENSTEINIUS
nnensis.



BERGÆ,
eorgij Mullerij.
XCIII.